

state, protectione, obedientia et gubernatione nostri Dominii recepinus, acceptavimus, atque recipimus et acceptamus, ut fecimus terram nostram, Utini

Concedentes responsiones et praebentes auditis eorum capitulis et petitionibus dominio nostro reverenter porrectis, ut infra declaratur distincte, videlicet :

Ad capitulum faciens mentionem, de omnibus, afflictibus, redditibus, et honoribus, totius districtus Cadubrii, videlicet mudarum, da dio caniparum fictus venarum a ferro, et condemnationum responsionem dedimus, quod fuimus contenti et placet nobis quod omnes dicti afflictus redditus, et condemnationes et alia de quibus supra fit mentio exigantur nomine nostri dominii, et recipiuntur more solito et consueto et quidquid quod de predictis erat solitum dari et venire in Patriarcham, debeat venire applicare in nostrum dominium, et si pars aliqua erat solita venire in Comunitatem predictam, servetur modus solitus dictis nostris fidelibus, annuentes quod ab omnibus factionibus collectis et angariis tam realibus quam personalibus et generis cujuscunque sint liberi, exempti, et absoluti, et quod non cogantur, nec cogi debeant ire extra Contratam Cadubrii, ad exercitum, vel pro stipendio aliqua causa vel ratione prout humiliter supplicaverunt.

Ad capitulum autem per quod petunt sibi preferri et dari unum bonum sufficientem et dignum Capitaneum et Gubernatorem qui habeat unum bonum et sufficientem Vicarium jurisperitum, responsionem fecimus fere obtinent ut habeant Capitaneum et Vicarium qui sibi placeant et accipiant